

Acquaviva, Claudio

Epistola ad Patres et fratres Societatis Jesu

Dilinga 1584

Jes. 382#Beibd.1

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10183322-5

VD16 A 126

10183.22

EPISTOLA  
R.P.N. CLAVD. AQVA-  
VIVA PRÆPOSITI GENE-  
ralis Societatis IESV, ad Patres  
& Fratres eiusdem So-  
cietatis.



*Cum facultate superiorum.*

M. D. LXXXIII.



1018322

ADMODVM  
REVERENDI  
IN CHRISTO PA-  
TRES, FRATRESQUE  
CARISSIMI.

*Pax Christi, &c.*

**S**PIRITVS AC FER-  
uoris renouatio spiri-  
tualibus ac religiosis  
hominibus adē neces-  
faria est, Patres Fratresque carissi-  
mi, vt studium hoc cum semper  
flagrans esse in nobis omnibus ve-  
lim, tum præcipue hoc tempore.  
Nunc enim I E S V S Dominus no-  
ster non in septentrionibus modo  
& oriente, alios ex aliis agros no-  
bis colendos assignans ait: Videte  
regiones, quia albæ iam sunt ad  
meiem: verūm etiam in Indiis, vel

## z Epist.R.P.N.Claud.Aquaui.

orientis, vel occidentis, præsertim  
verò in Iapone, insula vastissima  
campum latissimum aperit, vbi  
ad Christiani nominis, diuinæque  
gloriæ amplificationem longè la-  
reque nostra excurrere possit in-  
dustria. Itaq; si quando nostri or-  
dinis homines, & suæ perfectionis  
studio, & summa cum D E O con-  
iunctione aptos se & idoneos Dei  
ministros præbere debuerunt; nūc  
quidē profecto q̄ maximè debent.  
Neque enim multitudo solùm Ec-  
clesiæ calamitatum, acerbitasque  
verberum, quæ nobis diuina seue-  
ritas infligit, sic vt grauiora etiam  
(adhuc enī manus eius extenta).  
indies minitetur, nos admonet vt  
imperfectum nostrum lugeamus,  
& murum nos opponamus pro do-  
mo Dei; sed etiam instituti nostri  
debitum cogit vt tam multis pa-  
nem, quo æternam ad vitam ala-  
tur, petentibus aliquando franga-  
mus. Atque vt de aliis taceam, ex

Iapone

Iapone proximis nostrorum litteris affertur, Reges aliquot ac Dynastas potentes in priinis, quam nondum Christianos, templis multis Deorum euersis, non nullis etiam Christo excitatis, protestatē nostris hominibus Euangelij p̄dicandi, populis suis suscipiēdi fecisse, ut Christianæ religionis propagandæ spes ostēdatur vel maxima. Ergo illi admirantes in captura piscium, annūt sociis ut veniant & adiuuent eos. Quoniam quidem magnam Deus spem & facultatem affert suis retibus concludendit am copiosam gentem & idoneam, vt iam adesse tempus videatur, cùm per hosce quales. cunque operarios, etiam in maxima illa atq; horrida ethnicorum sylua id efficiat Dominus, quod in filij sui aduentu facturu in se prolixè Isaiæ ore pollicetur. Cùm enim Isaiæ 41. illa dixisset, Aperiā in supinis collibus flumina, & in medio cam-

*Epist.R.P.N.Claud.Aquav.*

porum fontes, ponam desertum  
in stagna aquarum, & terram in-  
uiam in riuos aquarum. adiungit:  
Dabo in solitudinem cedrum, &  
spinā (quæ arbor & specie & im-  
mortalitate ceteris antecellit) &  
myrtum & lignum oliuæ. Ponam  
in deserto abietem, vlinum & bu-  
xum simul, vt videant & sciant, &  
recogitent & intelligant pariter,  
quia manus Domini tecit hoc. Ut  
scilicet in ariditate gentiū (quem-  
admodum D. Hieronymus inter-  
pretatur) inuenirentur fluentavir-  
tutum, & in terra quondam deser-  
ta plenaque salsuginis cedrus &  
cyparysus, & aliæ arbores nasce-  
rentur. Ergo vt omnes ad hanc  
mentis ac spiritus renouationem  
accenderemur, adductus sum vt  
per litteras, quoniam coram non  
licet, de iis vobiscum agerem quæ  
ad hoc negotium pertinere maxi-  
mè arbitror. Ut autem tota res ad  
certum ordinem redigatur, eam  
ad

ad duo capita reuocare conabor,  
si prius quibus in rebus hæc, quam  
dico, renouatio sita sit, ostendero.  
Primum enim quanti ea sit mo-  
menti, ostendemus: tum remedia  
aliquot exponeamus, quæ nos ad  
eam consequendam non medio-  
criter iuuare possint.

Atque ut planius intelligatur,  
qua in re hæc instauratio con-  
stat, quid inueteratum sit ani-  
mdauertamus neceſſe eſt. Quod ſi  
attenderimus, reperiemus men-  
tem illam, ardoremque animino-  
bis initio datum à D E O, confe-  
noscere, hoc eſt, item utires vete-  
res neque ni:orem, neque cele-  
ritatem, neque uſus ceteros habe-  
re, quibus præditæ ſunt recentes  
ac nouæ. Vetustatis illa argumen-  
ta eſſe poſſunt, orare ac meditari  
diuina ſine ſenu animi atque fru-  
ſtu: ægrè ſeſe colligere, & ad cor  
redire, cogitata, dicta, factaque

## Epist. A. P. IV. Claua. Aquau.

sua sine pudore, proposito, emendatione cursim examinare: in res externas libenter effundi, idque non proximi iuuandi gratia, sed tædij vitandi: solatiola à rebus creatis cupidius emendicare: liberius obloqui, & aliena dicta ac facta carpere: religionis disciplinam leuem olim ac suauem iniquo animo ferre: ad otium aspirare: in animarum zelo languere, laboresque earum causa suscipiendos, qui dulces olim erant, acerbos ducere, ægrè, tardè, repugnanter obtemperare: honorifice ab omnibus, indulgenterque tractari velle: immunitates & commoda singularia postulare: in animum inducere se laborare plus æquo, nihilque esse quod non tibi debeatur, aliaque generis eiusdem. Quæ quidem argumenta omnia facile declarant naturam, quæ sui iuris retinēs admodum, atque appetens est, antea feruentis gratiæ bene-

beneficio compressam ac domin-  
tiam, tanquam intentum arcu ner-  
uo remisso, ad ingenium redisse.  
Id autem committere nihil aliud  
est, nisi diuinæ gratiæ opus ac vim  
labefactare; & integritatem, colo-  
rem, symmetriam tollere quibus  
rebus animæ Deo desponsæ & co-  
pulatæ forma continetur. Hęc igit  
tur omnia renouanda sunt, id est,  
in pristinum reuocanda statum,  
atque adeò noua facta accessione  
cumulanda, Iustorum enim semi- *Prouer. 4.*  
ta quasi lux splendens procedit, &  
crescit usque ad perfectum diem.  
Sed quoniā non hęc vna in nobis  
senectus est ex viriū languore: ve-  
rū etiam illa interior (veterē ho-  
minem Apostolus vocat) quæ nisi  
omni studio vigilantiaque arcea-  
tur, perennis est fons prioris, pro-  
pterea omnino veterem hominem  
exuere, nouum induere oportet.  
Motus omnes atque impetus ani-  
mi quibus impellimur, ut nos ac

1018322  
8 Epist.K.P.N.Claud.Aquaus  
nostra spectemus , vt ad rem  
quampiam mortalem & caducam  
adhærescamus ; vt diuini obse-  
qui j puritas ac libertas retarde-  
tur : vt minus prompti & agiles si-  
mus ad D E I voluntatem ; hæc ,  
inquam , omnia veteris hominis  
vitia sunt . Quocirca renouatio  
posita erit tum in primis illis pro-  
positis ac ferooribus reuocan-  
dis ; tum verò in vetere homine vi-  
tiosaq; natura exuenda . Sic pror-  
sus vt voluntas nostra (quo ad hæc  
exulum vita patitur ) perpetuò in-  
tueatur diuinam , seque totam ad  
eius arbitrium ac nutum fingat &  
accommodeat : quidquid D E O  
placet , vehementer expetat ; quid-  
quid displicet , constantissimè re-  
spuat : omni denique conatu pe-  
nitus homo à seipso desciscat , vbi  
factus sibi ipsi terra sterilis , & re-  
gio egestatis veterascit atque cor-  
rumpitur secundum desideria er-  
roris : accedat autem ad eum , qui

vt

ut nobis appropinquaret, ad nos  
stram descendit humilitatem, ut  
ibi scilicet tanquam in vitali re-  
gione, in iustitia & sanctitate ve-  
ritatis quasi aquilæ renouetur iu-  
uentus nostra, itaq; alacriter pro-  
grediamur quotidie ut nunc pri-  
mum iter ingredi videamur.

**Quod** quidem nobis præcipit,  
dum de se profitetur Apostolus; *Pbil. 3.*

**Quæ** retro sunt obliuiscens, ad ea  
quæ sunt priora extendens meips-  
sum ad destinatum persequor bra-  
uium superne vocationis. Nam (ut  
ad eum locum notat Diuus **Chry-**  
**sostomus**) qui tantum sibi pro- *Hom. 12.*  
cessisse videatur in stadio, ut iam ad  
calcem se peruenisse arbitretur, de  
cursu utiq; consistit; at qui etiam-  
num à meta abesse se cogitat, de-  
currere neutiquam desistit. Idem  
igitur faciendum est nobis, etiam  
si inaximos in virtute progressus  
habeamus. Etenim si Paulus ipse  
(inquit ille) sexcentis mortibus,

pe-

10 Epist. K. P. N. Clau. Aquæu.

periculisque perfunctus ita de se-  
ipso sentiebat; profectò multò ma-  
gis conuenit nos sentire de nobis.

Et nimirum hac demum ratione  
sanctorum virtutum species con-  
seruatur, ac nitor. Quippe animus

**Libr. 22. noster** ( inquit Gregorius ) dum  
**mor. ca. 2.** igne amoris excoquitur, semper in

se seruat claritatē pulchritudinis  
quotidiana innouatione feraoris.

Nescit enim mens per torporem  
veterascere, quæ studet per desí-  
derium semper inchoare. Hinc

nanque per Paulum dicitur, Re-  
nouamini spiritu mentis vestræ.

Hinc Psalmista, qui ad perfectio-  
nis iam culmen peruenerat, quasi

inchoans dicebat, Dixi, nunc cœ-  
pi. quia videlicet nisi lassescere ab

inchoatis bonis volumus, valdè  
necessitatem est, ut inchoare nos quoti- ·

die credamus. Id vero quanti in-  
tersit, Magnus Antonius declara- ·

sauit, qui ( vt in eius vita D. Atha-  
nasius refert ) fratrum cœtu ali-  
quod

quod ab eo vitæ præceptum efflagitante, ita sermonem exorsus est. Hoc sit primum cunctis in communione mandatum, nullum in arrepti propositi vigore lassescere, sed quasi incipientem augere semper debere quod cœperit. Idque cum saepe alias suis inculcauit, tuin verò extremo iam spiritu quasi testamento legauit his verbis. Ego quidem, filioli, secundum eloquia scripturarum Patrum gradior vias iam enim Dominus me inuitat; iam cupio videre cœlestia. Sed vos, ò viscera mea, admoneo, ne tantum temporis laborem repente perdatis, hodie vos religiosum studiuin arripuisse arbitramini, & cœptæ voluntatis fortitudo succrescat. Sed quoniam nihil attinet, hac in re diutius immorari, ad huiusc renouationis necessitatem veniemus.

Hec autem quanti momenti sit, tribus ex capitibus ex parte intellegi

## ¶ Epist.R.P.N.Clau.Aquaui.

Ligi poterit. Primum (quod ad sa-  
lutem perfectionemque nostram  
attinet) si attendas perfectæ vitæ  
consecrandæ obligationem: inte-  
stinos rebellantium affectionū tu-  
multus, externas occupationes ac  
prælia, quæ solidarum germana-  
rumque virtutum, quasi armorum  
assidua in tractationem exercita-  
tionemq; desiderat. Deinde (quod  
spectat ad salutem adiumentumq;  
aliorum) si nomina expendas, qui-  
bus nominibus ex nostro institu-  
to hominibus opitulari debemus:  
quantum opis ac virium ad eos à  
prauitate vitæ ad innocentiam, pie-  
tatemq; conuertendos requiratur:  
quo zelo, qua caritate, qua patien-  
tia, qua cœlesti luce opus sit ad ido-  
nea remedia adhibenda: qua hu-  
militate, ne qua ex parte impedia-  
tur id quod per nos Deus efficere  
molitur: qua prudentia, ne in ad-  
iumento aliis afferendo, ipsi detri-  
mentum accipiamus. Denique (fi-  
res

res ipsa spectetur) quia facile admodum (autore D. Gregorio) fer-Libr. 19.  
uor hic mentis, ac studium virtu-mor. c. 16.  
tis refrigerescit atque inueterascit.  
A fero uore enim mentis (inquit) vel  
interspirituales inimicos, vel in-  
ter carnales quosque proximos,  
ipso aliquo modo viuendi usu ve-  
terascimus, & assumptæ nouitatis  
speciem fuscamus. Quo fit ut nihil  
religioso viro tam suspectum esse  
debeat (nihil enim eque periculo-  
sum) quam si in se studium pro-  
cedendi in virtute, & perfectæ  
vitæ persequendæ refrigerescere  
sentiat. Etenim ea res non mo-  
do facit ut lentè gradiamur, aut  
potius consistamus, & ad spe-  
ciem duntaxat, usurpationemque  
consuetudinis nostra munera ob-  
camus; verùm etiam assiduè tan-  
quani tinea quædam vires robur-  
que nostrum sensim sinesensu cor-  
redit. Itaque idem nobis quod  
signo carioso ussu enit, quod et si  
inte-

integrum videtur extrinsecus, tam  
en pondere imposito frangitur,  
& calu ipso ostendit, quid ante  
vitij lateret interius. Eius autem  
qui ita affectus est & mœrore mœ-  
rore cumulatur, & vita ac salus pe-  
riculis magnis exponitur. Ita for-  
tes olim ac robusti debilitantur  
paulatim ac franguntur. Lapidès

**Job c. 14.** enim (vt ait Scriptura) excavant  
aquaæ, & alluvione paulatim ter-  
ra consumitur. Nam re vera per-  
petuo enitendum, & tanquam  
aduerso flumine progrediendū est  
ei, qui retro rapi nolit, ac regredi.  
Fortasse enim i cирco D. Petrus Do-  
minus negauit, quod sequebatur  
eum à longè. Neque verò existi-

**Serm. con.** mandū est (vt ait Diuus Bernar-  
**vit ingr.** dus) cùm ruinæ alicuius cernun-  
tur, tum incipere damnū : sed  
quia comederunt alieni robur e-  
ius, & ignorauit. Ob eam causam  
ita nos Spiritus sanctus admonet:  
**Eccles. 10.** In pigritiis humiliabitur conti-

gnas-

gnatio, & in infirmitate manuu in  
stillabit domus. Nam vt disturbare  
domum nemo conetur, tamen si  
imber paulatim tegulas perua-  
dens tigna putrefecerit, profecto  
vnius pigritiæ vitio tectum cor-  
ruet, & inutiles reddentur ad ha-  
bitandum, quamuis amplæ ædes  
atque magnificæ. Hinc odiosus il-  
le tempor, qui Deo (vt ipse in Apo-  
calypsi denunciat) naufragia mouet,  
ac vomitum. Quem quidem locum  
Daniel Abbas apud Cassianum in *Collat. 4.*  
sua Collatione hisce verbis expla- *cap. 19.*  
nat, quæ mirifice rem ante oculos  
constituunt. Nec immerito eos Do-  
minus quos iam in visceribus re-  
ceperat caritatis, noxiè tepefactos  
cum quadam conuulsione pecto-  
ris sui euomēdos esse pronunciat,  
qui cum salutarem quodammodo  
ei potuissent præbere substantiā,  
auelli ab eius visceribus malue-  
runt, tanto deteriores effecti illis,  
qui nunquam ori dominico illati

## 16 Epist.R.P.N.Claū.Aqua:

sunt cibis, quanto id quod nausea  
 compellente proiicimus, odibi-  
 lius detestamur. Et quidem nos  
 huius temporis causas & multas ha-  
 beimus & intestinas. Cupiditates  
 enim (quas membrorum leges vo-  
 cat Apostolus) ceteræque prauæ  
 affectiones sacrum in nobis ignem  
 restinguere conantur: atque uti  
 nos Spiritus sanctus suo nos amo-  
 re incendens erigit & extollit, ita  
 hæ pestes contra opprimunt at-  
 que prosternunt. Quod si ambitio,  
 honorisque cupiditas, si commo-  
 dorum desiderium, si impetus ira-  
 cundiæ, si luor inuidiæ animos  
 nostros deprimunt ac deorsum  
 trahunt, & tum hoc vitium, tum  
 illud, tum vniuersa nos degra-  
 uant, quem tandem ad perfectio-  
 nis culmen nostræ industriæ cur-  
 sum fore putamus? Utinam  
 quemadmodum hoc impedimen-  
 tum planè intelligimus, atq; adeò  
 in se quisq; plus minusc experi-  
 mur,

mur, ita ad id remouendum oculos aliquando aperiamus. Nam quid ego de externis bellis pugnisque dicam? mitto hostem, qui præterquam quod hoc est in prælio superior, quod est inuisibilis, calliditate vsuq; valet plurimum, quippe qui cum tot tantisq; viris depugnarit, interdumque victorè pugna discesserit; ita preterea pollet viribus, ut existimet (quod ait Job) quasi paleas ferrū, & quasi lignum putridum æs. Nihil dico de perpetua eius vigilantia, qua nos dies & noctes impugnat, nihil de pertinacia, qua nos obsidet atque oppugnat non vnum alterumue mensem aut annum, sed vitâ planè vniuersam. Taceo insaturabile odium, quo ad eos potissimum desuorandos rapitur, qui arctissimis se cum Deo vinculis deuinixerunt, ut verè dicatur, **Cibus** eius ele- *Abac. 1.*  
 etus. Venio ad ea quæ tum do-  
 mesticis, tum externis hostibus

18 Epist. R.P. N. Clau. Aquan.

tela acuunt ac suppeditant. Primum igitur nisi nimios animi motus domitos habeas, teque assidue in his frangendis ac vincendis exercetas, quoties te offensurum esse censes? Quod si hæc cura religiosis viris omnib<sup>9</sup> necessaria est, quanto tandem magis iis, qui opitulando aliis in hominum cœtu quasi in aacie versantur? Nam (vt prudenter

**Lib. 6. de Sacerd.** differit Chrysostomus) in hisce o-

mnibus eæ belluæ (sic enim vitiosas animi affectiones appellat) pabuli multò plus habent. Superbia enim laudib<sup>9</sup> & honoribus alitur, qui suapte sponte consequuntur concionandi munus litterarumq;; & aliarum rerum tractationē, quæ hominum oculis patent. Inuidia aliena existimatione & fama inflammat: Ita si quis nobis sese opponat. Quamobrem eiusmodi Christi milites necesse est gloriae contemptores esse: iracundiam compressam, ceterosque impotentes

tes animi motus subactos in sua ditione ac potestate habere. Hi enim motus haud dubie facilius sese produnt in hoc mixto vitæ generi eorum, qui in suam aliorumque salutem incumbunt, quam in simplici illa vitæ ratione eorum, qui sua perfectione contenti sibi vacant & Deo Quare idem Chrysostomus eodem loco: *Vt ignis (inquit) metalla probat, ita cleri exacta probatio mortalium animos secernit atq; internoscit.* Ac si quis est vel iracundus, vel pusillanimis, vel gloriæ appetens, vel arrogans, vel alio quouis morbo obsessus, id omne detegit, ac latentes statim morbos denudat. Iam si occupationes assiduae (vt D. Bernardus *Lib. 1. de tradit*) sibi hominem quodammodo confido furantur, facile appareat, quām sit mentis renouatio ad nos in et ipsos tuendos conseruandoſq; necessaria Nam quod ad iuuandos alios attinet, pauca illa capita, que

## 20 Epist.R.P.N.Clau.Aquau.

suprà exposuimus, attigisse satis  
est. Illud tamen non prætermittā,  
quod in mentibus ac visceribus  
vestris hęrere summopere exopto.  
**Qui** in hominum animis ad bo-  
nam frugem reuocandis versan-  
tur, horum ut virtutis ardor atque  
impetus maius omnium opinione  
momentum habet, ita languorem  
contra ac vicia longè maximo esse  
detrimento. Idque non iccirco so-  
lum, quia factis improbant, quod  
verbis docent; & altera manu (ut  
**In senten.** ait Nazianzenus) animas aduoca-  
**num. 4.** re videntur, altera repellere: ve-  
rū etiam quoniam ut nihil obsit  
exemplum, minus quidem certè  
idoneos se DEI administratos præ-  
bent, minusque efficaces. Quare  
debet quisque nostrum imperfe-  
ctum suum aestimare ac lugere  
non ex suo tantum vnius damno,  
sed aliorum etiam multorum,  
quorum salutem impedit. Nam  
ut parum fermenti magnam fa-  
rinæ

rinae in assam in se se conuertit, pa-  
 nemque omnem bonum efficit;  
 ita non quantitate numeri (ait  
 Diuus Chrysostomus) sed gra: *De virt.*  
*tia Spiritus vim suam iusti homi-* & *vit.*  
 nestenent. Sic enim Apostoli duo-  
 decim numero, parui instar fer-  
 menti maximam orbis terræ mas-  
 sam fermentarunt. Sic omnibus  
 ætatibus in Ecclesia D E I homi-  
 nes non magno numero, sed ma-  
 gna vi ac virtute, quid efficere  
 possent, cum illustri orbis terra-  
 rum emolumento declararunt. Sic  
 denique (domestica enim exem-  
 plana non defunt) primos illos So-  
 cietatis nostræ Patres admodum  
 paruos, industriæ suæ fructus tu-  
 lissemus tantos, quantos D E I  
 beneficio ipsi videm⁹, ac fruimur.  
 Hinc profectò colligitur commo-  
 dum æque & incommodum, quod  
 ex paruo fermento bono, malo-  
 ue nascitur, vniuersum in panem  
 redundare: usuque euenire posse,

*Epiſt.R.P.N.Clau.Aquaui.*

ut alicuius è Societate vitiū & cul-  
pa, quę per ſe alioqui leuis æſtimā-  
retur, conuerſionem tamen impe-  
diat ſalutemque multorum. Sed  
ut alterum hoc caput epistolæ cō-  
cludam, vnum addam ex D. Baſi-

**Cap. 15.** lio, qui illa Deuteronomij verba ex  
Septuaginta interpretum versione  
Iuculenter explicans, Attende tibi  
ipſi, hanc, ait, ſententiam omni-  
bus neceſſariam, omnibus tempo-  
ribus, omnibus ordinibus eorum  
qui D E I Ecclesia continentur.  
Habet enim (inquit) Domus Dei,  
quæ Ecclesia viuentis eſt, Venato-  
res, Viatores, Architectos, Edifica-  
tores, Agricolas, Paſtores, Athle-  
tas, Milites; omnibus hiſ conuenit  
breue hoc verbum, ſingulis & dili-  
gentiam operis, & ſtudium pro-  
positæ voluntatis inducens. Ac mi-  
hi quidem haec omnia officia ac  
munera videntur, preterquam paſ-  
toris (quanquam hoc quoq; pro-  
portione quadam accommodari  
po-

test) in nostræ Societatis homines  
conuenire. Itaque Basilij oratio-  
ne, quam propter egregiam in hoc  
genere doctrinam fuisse exponen-  
dam censeo, & vos ego hortari  
possum, & se quisque vestrum, ca-  
quæ dicuntur, attendens incitare.  
Venator es missus à D. E. O ita mo-  
nente, Ecce ego mitto multos ve-  
natores, & venabuntur multos  
suprà omnes montes. Attende igi-  
tur multa cum diligentia ne foitè  
fugiat te præda; vt efferatos per  
improbitatem, verbo veritatis  
conuictos Saluatorio offeras. Via-  
tores ei similis qui orabat; Gressus  
meos dirige: Attende tibi ipsi ne  
qua exorbites, neu ad dexteram  
deflexeris, aut sinistram, progre-  
ditor via regia. Architectus solidō  
tutoue in loco iaciat & collocet  
fidei fundamētū, quod est I E S V S  
**C H R I S T V S.** Ædificator quo  
pacto ædificet, videat, vt ne ligna,  
non fœnum, neque calatum; sed

## 24 Epist.K.P.N. Clau. Aquani.

aurum, argentum, lapides pretiosos. Pastores? Attende ne quid te prætereat eorum, quæ ad obeundum munus istud pastorale attinent. Hæc porro quæ tandem sunt? Palabundum pecus & erraticum conuertito: quod conquassatum est, & contritum colligato: quod ægrotum sanato. Agricolationisne professor? ficum, in fructuosa si est, circumfodito, illique ingerto quæ conductura noueris ad edendos fructus. Miles? collabora Euangeli: milita bonam militiam: contra spiritus nequitiae, aduersum vitiosas carnis affectiones, induitor omnem armaturam DEI: vt probes te ei, sisque gratiosus duci tuo, qui huic te militiae ad legit, prouide; vt nullis impliceris vitæ istius negotiis & perplexis curis. Athleta es? Attende tibi ipsi ne quam ex legibus athletico agoni præscriptis inueniare transgressus: nam ne-

mo

mo coronatur nisi qui legitimè certauerit. Imitare Paulum, & cursu contendentem, & in palestra colluctantem, & in agone pugillari decertantem: vt strenuus pugil ipse habeto animæ oculum nusquam euariantem, sed attentum & peruigilem. Præmuni ac tuere passis manibus partes quarum plaga lethalis sit. In aduersarium immotum oculum intendito fixius. In stadio cursu, qui tibi præcurrunt, in eoste extendens, fac assequaris. Sic currito vt præuertas. In luctamine repugna inuisibilibus aduersariis. Per vitæ istius curriculum talis vt perseueres, hæc sanctitatem sententia, nimirum animo vt sis non supino, aut concidente; sed arresto: non dormituriensi; sed peruigili ac sobrio; qui que multa cum vigilantia præsens sit, & norit sibi præesse. Cupientem

me

26 Epist.K.P.N.Clae.Aqua.  
me singula percensere, hic me de-  
ficiet dies. Hæc ille. Atque hæc  
quidem, quæ dicta sunt de vitæ  
instæ difficultate, de virtutis ab-  
solutione, quam illa desiderat, de-  
que aliis rebus eiusmodi, quas aut  
sanctorum virorum auctoritas,  
aut usus ipse nos docet; hæc, in-  
quam, omnia ad excitandos ani-  
mos nostros, & ad eam quæ in no-  
bis requiritur vigilantiam valent  
vel plurimum. Sed videndum est,  
ne forte contra quam oportet aut  
languorem cuiquam afferant, quo-  
minus ad perfectæ vitæ culmen  
aspiret, aut sic aliquem afficiant,  
vti tam præclaram vitæ rationem  
minusque dulcem, minusque ex-  
petendam putet. Sanè tantæ rei  
præstantiam qui intuetur, non po-  
test non magnopere eam suspice-  
re; quisquis autem bene de nostro  
instituto sentit, huiusmodi cogi-  
tatione vehementer impellitur:  
& scilicet qui præscriptis à Socie-  
tate

tate remediis utitur accuratè, magnitudinem animi incredibilem D E I beneficio ac munere experitatur ad quamcunque rem suscipiendam: planeque videt perdifficile non esse, quod antea fieri nullo modo posse iudicabat.

Restat ut ad ea quæ valent ad renouationem (quod erat ex iis, quæ proposuimus, extremum) aliquando veniamus. Primum igitur eius quā in exposuine necessitatis cogitatio ad eam rem valde condūcet; eoque etiam magis, quod et si vita nostra terris superior, aliorūque esse debet (in carne enim 2. Cor. 10. ambulantes, non secundum carnem militamus, sed nostra conuersatio in cælis est) debemus tamen necessario prædæ capiendæ causa inter communis vitæ homines versari, eorumque vitia non leua solum, sed etiam grauia interdum cognoscere. In quo periculum est (ut D. Basilius monet) ne *In reg. fus. quis dis. c. 6.*

28 Epist.R.P.N.Clau.Aqua*u.*

quis se cum aliis longè deterioribus comparans quodammodo sibi de virtute blandiatur, progressum scilicet suum metiendo non tam spacio eius quod restat itineris, quam interuallo quo alios post se reliquit.. Et verò sic natura comparatum est, vt oculos libenter conuertamus ad ea, quæ nos delectant, auertamus ab iis quæ offendere aliquo modo possunt. Atque vti factæ progressionis, bonorumq; partorum cogitatio voluptatē, ita distantię contra, inopiaq; nostræ consideratio molestiam parit. Idq; hoc etiam magis, quod ille nos aspectus ad quietem inuitat, hic incitat ad laborem. Nimirum vt viatores vbi tædere eos itineris cœpit, respectare solent quantum viæ conferint: ita nos simul ac virtutis ardor restinguī, & industria frangi cœpta est, decursum spaciū respicientes, facile nos ipsos conferi-

ferimus cum iis, quos aut in voluptatis cœnum prolapsos, aut in auaritiae dumetis hæfitantes, aut ambitioni & honori miserè seruientes in seculo reliquimus. **Quamobrem** metam perpetuò ante oculos propositam habere conuenit, & quam longè ab illa etianum absimus, sedulò videre. Ut scilicet coram D E O, in clarissima eius luce, rectè facta, bonaque nostra omnia diuinæ veritatis statera examinemus: quid fortis deum ac rei familiaris domi nostræ sit, intelligamus, atque hac ratione sciamus quid deficit nobis. Ac mihi credite per magni interest quotidiano ac pecuniali vitæ examine ut diligenter, ut tecum teipse conferas, & tanquam prudens & industrius paterfamilias, custosque domus tuæ, non modò ad fures arcendos aduigiles, sed etiam lustres omnia, quid

ad

30 Epist.R.P.N.Claud.Aqua.

ad domesticas rerum necessaria-  
rum prouisiones desit perspicias.  
Hoc nimis illud est quod Salo-  
mon vir in sapienti illa ac puida  
muliere Ecclesiam atque in ea cu-  
iusque nostrum animam descri-  
bens aiebat in Proverbiis: Consi-  
derauit semitas domus suæ, & pa-  
ne in otiosa non comedit. & paulò  
antè, Quæsivit lanam & linum, &  
operata est consilio manuum sua-  
rum: facta est quasi nauis insti-  
toris de longè portans panem su-  
um, & de nocte surrexit, deditque  
prædam domesticis suis, & cibaria  
ancillis suis.

Deinde ad eam, quam dixi, vi-  
tæ renouationem magno erit ad-  
iumento diuinorum beneficiorum  
meditatio nominumque innume-  
rabilium quibus D E O inseruire  
debeamus: simulque illa cogitatio,  
quam in quodam sermone Diuus  
**Chrysostomus exponit, Nihil bo-**  
**nifacere nihil aliud esse, nisi face-**

Prom. 31.

De virt.  
et vñit.

re

*Ad PP. & FF. Societ. Iesu. 33*

re aliquid mali, quippe cum no-  
stro officio desimus, & prætermi-  
tamus id, quod nostri instituti  
professio postulat. Exempli causa,  
inquit ille, si serum habeas non  
rapacem, non ebriosum, non con-  
tumacem; sed sobrium, modera-  
tum, vitij omnis expertem: idem  
tamen totos dies si domi sedeat o-  
tiosus, omittatque ea que ad suum  
munus attineant, nonne grauiter  
vapulabit? At qui nihil maleficij  
comini sit: sed fatis maleficij est  
munus officiumque suum negle-  
xisse. Quid agricola, qui ceteris  
quidem in rebus vacet culpa, sed  
domi desideat, non ferat, non aret,  
non vites colat, nonne is quoque  
vapulabit? At nihil iniuriæ intu-  
lit, nihil damni: verum cessationem ipsam, iniuriam, damnumque  
ducimus. Atque etiam in ipso cor-  
pore, si manus ita affecta sit, ut non  
linguam illa quidem præscindat,

C

non

non oculos eruat, nihil denique detrimenti afferat, sed desidiosa cesseret, reliquo corpori nullo modo inseruiat; quis non istiusmodi manum inutilem, & præcidentiam potius quām retinendam pustet? Eodem pacto, ait ille, non modo aliquid fecisse mali, verū etiam aliquid omisisse boni magna comprobatur iniuria. Porro diuinis in rebus id ipsum multò magis apparet. Atque haud scio, an ob eam causam DEVS per Prophetæ personam queratur, Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem animæ in eę. Quod scilicet terra tam sedulò exulta, tot diuinorum beneficiorum imbribus irrigata, tot Solis iustitiæ radiis tepefacta, si uberes fructus non ferat, mala retribuat pro bonis ei qui tot illam benedictionibus dulcedinis prauenit. Equidem (Patres, Fratresque carissimi) nectio

nescio qui fiat, vt tantorum beneficiorum consideratione, tantoq;  
diuini erga nos amoris æstu non animorum nostrorum glacies (vt ita dicā) penitus liquefiat! qui fieri possit vt quatuor illa nomina quæ nos D E O debitores constituant,  
à D. Bernardo quodā sermone breui ter expensa, considerantes Satisfactionē scilicet peccatorum, quæ semperiternis erāt suppliciis vindicanda; Creationem atq; conseruationem, quo nomine quod sumus, quod viuimus, D E I suimus; Diuini sanguinis pro nobis profusio nem: Deniq, promissionem mercedis ac beatitudinis æternæ. Nescio, inquā, qui eueniat, vt qui hæc secum reputant, nō se & gratiories & liberaliores præbeant ei, cui se totos omnibus nominibus debet? Quis, n. multa pertulisse, multūq; laborasse sibi videbitur si sēpitanas inferorū penas obierit animo,

quas millies meritus est? Quis queri poterit ab se nimium postulari, cum cor postulatur, si meminerit sese & naturæ, & conseruationis iure, totum eius esse cui se tradit? **Quis** aliquid dare se existimabit, cum vitam reddet D E O suo qui eam antea sua causa profudit? Et certè nec eius vite pretium, nec obligatio nis ratio, qua nobis tenetur, nec illorum conditio, pro quibus eam profudit, ullam in hac re comparationem admittit. Etenim si vitam Dei causa ponimus, suum illi reddimus; facimus id pro eo qui tot modis meritus est ut faceremus: vitam denique ponimus pro eo, qui posuit ante pro nobis. Ille contra D E V S ac Dominus sanguinem ac vitam dedit non modo pro vermiculis, quibus nihil omnino deberet, sed pro seruis, pro sceleratis, pro inimicis, **Rom. 5.** quod nimis Apostolus (ut scitis)

tis) tantopere exaggerat. Quis por-  
rò carius ducet pretium momen-  
taneum & leue, quo supra modum  
in sublimitate æternū gloriæ pon-  
dus sibi comparat, quod nec ocul-  
lus vidit, nec auris audiuit, nec in  
cor hominis ascendit? Quæ cùm  
ita sint, nihil est quod non protot  
immortalibus promeritis, tali tā-  
toque Domino anima debeat. Ita-  
que mentem omnem nostram, cor,  
ossa, viscera ipsa clamare oportet,  
Domine quis similistibi? eiusque  
laudem ac prædicationem in no-  
stro semper ore versari. Nempe  
hoc frænum est illud quod se ho-  
minum generi D E V S iniecturu in  
Isaiæ ore confirmat, Laude mea Isaiæ 48.  
infrænabo te ne intereas. Dulce  
verò frænum ac suave, quo, nisi for-  
te retræctantes sumus & effrænati,  
nullo negotio flecti, reflecti q; pos-  
sumus ad nutum & arbitrium re-  
gentis Dei. Ac sanè si animus no-

ster sui adhuc iuris manet , nec totum se D O M I N O dedit ac tradit , meritò sterilis dici potest , qui mala retribuat pro tot ac tantis bonis . Quo mihi spectare videtur D E V S , cùm apud Isaiam ex-  
**Isa. 57.** clamat , Propter iniqutatem auaritiae eius iratus sum , ac percussi eum : abscondi faciem meam , & indignatus sum , & abiit vagus in viam cordis sui . Neque enim qualis cunque auaritia est , sed incredibilis quædam auaritiae iniqitas , si neges te ei cui debeas omnia . Atque istiusmodi quidem hominibus iure accidit interdum , vt D E V S abscondat faciem suam ab eis , & abeant vagi in viam cordis sui , quæquidem poena est longè grauissima . Id adeò multò magis in nos conuenit , qui nos totos noua quadam voluntate consecravimus D E O , & per vota quasi holocaustum immolauimus :

mus; in quo ille holocausto grā  
uiſſimē fert ſurripi ſibi aliquid ex  
eo quod fuerat consecratum. Huc  
enīm etiam diuinam illam vo-  
cem deriuare poſſumus, Ego D O- *Isa. 61.*  
**M I N V S** diligens iudicium, & oſ-  
dio habens rapinam in holocau-  
ſto. Nos verò ſteriles & ingratieriſ-  
mus, ſi noſtra in Deum officia exi-  
liter ad calculos reuocabimūſ,  
quasi verentes ne maior datorum  
ratio ſit quam acceptorum: ſi di-  
uini obſequij annos, ſi ſuſceptos  
labores, ſi prieſtentem disciplinam,  
ſi emolumēta à nobis in proximos  
profēcta numerabimūſ ac pende-  
mus. Hęc nō omnia noua beneficia  
ſunt, quibus etiam arctius deuin-  
cimur. Quare Diuus Bernardus ne- *Ser. 83. in*  
gat animam noſtrā amori cæleſtis *Cant.*  
ſponsi mutuo respondere vlo mo-  
do poſſe. Nā & cum ſe totū, inquit,  
effuderit in amore, quantū eſt hoc  
ad illius fontis perenne profluuiū?

**C 4**      **Quo-**

Quocirca permagni mihi pondēris videtur quādam D. Chrysostomi sententia , qui illam Isaiæ visionem tractans, Vidi Dominum, & quæ sequuntur, ait, Seraphinos alis non ora solūm tegere , quod intelligentiæ obtutum figere in summa illa luce nequeant, sed pedes quoque contegere, quod reuentiæ amorisque sui exiguitatem erubescant, qui non pro eius dignitate procreatorem suum diligant, neque tanta eius caritate flagrant quantam præcellentissimam illa natura postularet. Quod si Seraphini ipsi beatorum spirituum principes, qui à diuini amoris ardore nomen inuenerunt, minus ab se quām parefasset, amari Deum erubescunt ; cuius tandem oris & impudentiæ erit homuncio, si in animum inducat suum se DEI causa plus æquo laborare? Vel hæc animi inductio efficere deberet, vt de

de nobis ipsis quām demississimē sentiremus; quippe clarissimum signum peregrinū vel diuinorū erga nos meritorū cognitionis, vel nostræ in D E V M benevolentiæ. Animus enim diuina caritate ardens non contrahit se, in angustumque deducit, sed in dies augescens pro amoris accessione dilatat sese, & immensam, interminatamque abyssi magnitudinem in D E O nanciscitur, ubi infinitè se in omnes partes effundat. Etsi dederit omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihilum despiciet eam.

Iam vero illud quoque proderit in primis, breuem sibi quemque huius vitæ cursum circumscribere, & simul meminisse, quod perfectionis & gratiæ diuinæ non comparâris in vita, id te comparatum esse nunquam. Vitam autem ipsam (ut Diuus Gregorius Na-

## 4o Epist.R.P.N.Clau.Aquaui.

*In sentent. zianzenus tradit) esse quasi mer-*  
*catum , cuius dies cùm abierit,*  
*tempus amplius non sit emendi*  
*quæ velis. Hinc illa Sapientis*

*Eccel.9. admonitio , Quodcunque facere*  
*poterit manus tua, instanter ope-*  
*rare, quia nec opus, nec ratio, nec*  
*sapientia, nec scientia sunt apud*  
*inferos quo tu properas. Item-*

*Ephes.5. que Apostolus nos monet, vt cau-*  
*tè ambulemus, non quasi insipi-*  
*entes, sed vt sapientes, redimen-*  
*tes tempus, hoc est, occasionem*  
*negotiandi. Significans videlicet,*  
*quemadmodum mercator pecu-*  
*niæ non parcit, vt emat, redimát-*  
*ue quod adamauit, ita nos nulli*  
*labori parcere oportere, ne me-*  
*rendi occasio elabatur; quoniam*  
*dies mali sunt. Ita fiet, vt neque la-*  
*borum breuitas grauis videatur,*  
*neque ullum punctum temporis*  
*lucro vacuum præterire patia-*  
*mur. Constat enim, gratiæ in hac*

vita partæ, gloriam in æterna illa vita & felicitatem proportione responsuram, ut ne minimum quisdem lucrum parui faciendum sit, cui tanta mercedis accessio sit proposita. Ita quo minus aberis à meta, eò magis properabis, & quod magis accedes ad præmium, eò plus animi accedet ac virium. Illud etiam summa ope vitabitur, ne idem cursui nostro accidat, quod violentis motibus solet, qui ab externa vi atque impulsu profecti, processu paulatim remittuntur ac languent, sed contraria nos ab insita vi ac virtute acti, hoc est, ab inhabitante Spiritu sancto, (quicunque enim Spiritu Dei Rom. 8. aguntur, hi sunt filij DEI) tanto concitatiore cursu rapiamur, quanto viderimus appropinquantem finem.

Hinc ultimum, idemq; præsentissimum remedium peti licet, ut ma-

*42 Epist.R.P.N.Clau.Aqua.*

manum operi admoueamus, & in  
rebus quibus caremus comparan-  
dis omnem operam collocemus.

**Id enim** **denum** **est** (**vt** **Diuo Gre-**

**Libr. i8.** **gorio** **placet**) **non** **cormodo**, **sed**

**mor.ca. 5.** **etiam** **manus**, **quod** **Hieremias** **mo-**  
**nuit**, **ad** **D E V M** **tollere**. **Nam** **qui**  
**ad** **solidas** **virtutes** **parandas** **satis**  
**esse** **vnam** **voluntatem** **arbitratur**,  
**is** **profecto** **vehementer** **errat**.

**Reg. fus.** **Quamobrem** **Diuus** **Basilius**, **do-**  
**cens** **in** **solitaria** **vita** **&** **plus** **peri-**  
**culi** **esse**, **&** **minus** **ad** **necessarias**  
**virtutes** **parandas** **facultatis**, **ait**.

**Neque** **eum** **suæ** **humilitatis** **docu-**  
**mentum** **dare** **posse**, **qui** **neminem**  
**habeat** **cui** **subiiciat** **se**, **ac** **submit-**  
**tit**; **neque** **mansuetudinis**, **qui** **cum**  
**mortalium** **nullo** **versetur**; **nec** **pa-**  
**tientiæ**, **qui** **nullum** **omnino** **ha-**  
**beat** **suis** **voluntatibus** **aduersan-**  
**tem**. **Ad** **extremum** **illud** **adiun-**  
**git**, **Si** **quis** **autem** **ad** **componen-**  
**dum**, **moderandum** **que** **animum**  
**sacra-**

sacrarū litterarum præcepta, doctrinam, meditationēm ue satis esse ducit, is similiter facit, vt si quis disceret ædificare, neque vñquam tamen ædificaret; disceret æs cūdere, & tamen quæ didicisset nunquam in actuū educeret. Atqui vñdocti scimus non nisi faciendo artes addisci. Quæ tamen ipsæ in externa tantum materia cum versentur, nihil admodum habent repugnantiæ. Neque enim architecti, neque ceterorum artificum conatibus operis materia reluctatur: at nostra hæc philosophia, quæ in interioribus animi motibus perdoniāndis occupata est, difficultates habet & impedimenta nec minima & plurima. Ut enim in quadrando lapide difficultatis aliquid & negotij fuerit; quadratus certè ad rudem illam asperitatem nequaquam redit: at efferatos animi motus quamuis

edo-

## 44 Epist.R.P.N.Clau.Aquaui.

edomitos ad ingenium tamen redire saepius experimur. Et vero si in virtute ac pietate quotidie augenda sedula à nobis opera poneretur, ad maiora quotidie lucra aditus pateficeret, præsertim cum in hoc quoque genere sua sponte lucrum vel minimum (ut D. Chrysostomus admonet) animos faciat & ad lucrum maius alliciat. Id quod cerni licet, inquit, in pecunia & mercibus. Lucrum enim, exempli gratia, vnius & alterius aurei nummi, animum addit lucrandi decem, aut etiam viginti. Videamus etiam locupletes, quibus plus & auri sit & animi, facilius ad maximas pecunias peruenire quam pauperes locupletari. Quare in eam curam incumbendum est, ut oblatas lucri occasiones ne dimittamus, quoniam quidem qualunque incrementum in animos nobis ac vires addit ad maiora. Nec

verò

*De virt.  
et vit.*

verò illas modò virtutes q̄ desunt,  
parari, verùm etiam quę sunt, per-  
fici oportet tum gradu; tum etiam  
firmitate. Qua de re Diuus Grego-  
rius ad illa verba Job preclare dis-  
serit, Per singulos gradus meos  
pronunciabo illum. librum au-  
tem dicit illum, quem humeris fer-  
re, & coronæ instar capiti impo-  
nere gestiebat. Significans sacras  
litteras factis expressas, coronam  
parere nobis victoriae. Ita Chri-  
stus Dominus noster ( vt notat D.  
Gregorius) terram dixit animę no-  
stræ, vbi diuini verbi semen iactū  
sit, fructificare primum herbam,  
deinde spicā, deinde plenum fru-  
mentum in spica. Hoc vtiq; studiū  
in eo qui ad perfectam vitam, cu-  
mulatamq; contendit, vigere opus  
est: & ad hoc quoque ipsum quo-  
tidianum examen referendum est.  
**Ceterūm hæc remedia libet eadē**  
**Sententia claudere, quam D. idem**

Gre-

Lib. 22.  
mor. c. 14.

*Libr. 19.  
cap. 16.*

**G**regorius eo loco posuit, quem  
suprà indicaui, cùm docerem mē-  
tis nostræ ferorem paulatim ve-  
terascere. Ibi igitur hæc ille subie-  
cit, *A qua tamen vetustate quoti-  
die sì studio circumspetionis in-  
uigilamus, orando, legendo, bene-  
viuendo renouamur; quia vita  
nostra dum lacrymis lauatur, bo-  
nis operibus exercetur, sanctis mes-  
ditationibus tenditur, ad nouita-  
tem suam sine cessatione repara-  
tur.*

*A*c ne longior sim, illa nos po-  
tissimum cogitatio adiuuabit, a-  
ctiones ferè nostras initio ferui-  
diores esse, sed tempore proce-  
dente refrigerescere. Idcirco enim  
*Hem. 3. in (vt docet D. Chrysostomus) Spi-  
ver. Isa. ritus sanctus Dauidis ore nos ad-  
vid. Dom. monet, In fine ne corrumpas, quo-  
niam tum vigilantia desideratur  
vt cum maximè. Quippe in actio-  
nis ingressu, cùm vires animæ in-  
tegræ*

tegræ sunt, nemo quantumvis pi-  
ger non multum adhibet studij ac  
diligentiæ; at in progressione, &  
scilicet in extremo hæc admoni-  
tio necessaria est, In fine ne cor-  
rumpas. Idque hoc etiam magis  
quod eo præcipue tempore Dia-  
bolus omni ope atque opera nos  
bonis omnibus conatur euertere.  
Ut prædones (inquit ille) non sol-  
uentem è portu nauim ianam &  
merces alicunde petentein iuua-  
dunt, sed onustam in reditu ob-  
seruant, atque diripiunt: ita Dia-  
bolus vbi complures virtutes ma-  
gno studio collegeris, tum verò in  
te, quasi onustam mercibus nauim  
impetum facit. In quo quidem il-  
lius præda non eo solum magna  
est quod de nostris bonis præda-  
tur; sed etiam quodd offendit no-  
stra ad direptionem valet alio-  
rum, qui nostro exemplo in frau-  
dem ac perniciem inducuntur.

D

Quare

Quare omnino humilitatis præsidio recti semper simus necesse est. Nihil enim (quæ naturæ nostræ est infirmitas) superbiam elevationemque animi (nisi vigilantia comprimatur) æquè gignit, atque innocentiae ac recte factorum conscientia, & industriæ frustus ex multorum conuersione

**Luc. 17.** perceptus. Ut recte nobis D OM IN V S ita præcipiat, Cùm omnia feceritis, dicite serui inutiles sumus. Hoc adyniculo carens

**2. Paral.** Ozias corruit, nempe cui sacrae litteræ testimonium dederant sanctitatis, quod rectum fecisset in conspectu Domini. Veram is p superbiam sacerdotalesibi munus asciscere conatus teterrimam in leprā incurrit. At Moses (id quod obseruauit Theodoretus) non prius tantæ hominum multitudinis dux est creatus à D E O, quam dextram illam quæ mare diuisura, totque res admi-

**Q. 10. in  
Exod.**

admirandas editura esset, inser-  
tam in sinum suum leprosam ani-  
maduertit; nimirum ut homines  
in meditationis tanquam sinu in-  
telligent quid ipsi per se sint, quid  
munere ac beneficio D E I : atque  
illud liquide profiteantur, Dexte-  
ra D O M I N I fecit virtutem. Ita  
demum vera germanaque humi-  
litate nixi, in vita nostra renouan-  
da perpetuò versabimur, & ha-  
bentes in nobis ipsis & non in al-  
tero gloriam nostram, id est, testi-  
monium bonæ conscientiæ, quæ  
nihil spectat aliud præter diuinā *Job 29.*  
gloriam, dicemus cum sancto Job,  
**Gloria mea semper innouabi-**  
**tur, & arcus meus in manu mea**  
**instaurabitur.** Ut videlicet par-  
tim hoc conscientiæ testimoniu-  
m, nostræ perfectionis studio,  
partim zelum salutis animarum  
studiosè curantes, arcum sagittas-  
que nostræ militiæ instauremus,

go Epist.R.P.N.Clae.Aqua.  
tanquam veri germanique filij ex-  
cussorum, vt animas diuini amo-  
ris telis sauciatas, mundo mor-  
tuas, C H R I S T O Domino man-  
cipemus. Neque vero vitiis, quæ  
in nobis cernimus (dummodo de  
hac arcus & gloriæ renouatione,  
quam dixi, laboremus) deterreri  
à suscepto consilio, sed potius vo-  
cationis nostræ gratia freti ani-  
mos viresq; renouare debemus, &  
nos ipsi iucundissima illa, quæ

**Zach. 12.** apud Zachariam est, D O M I N I  
voce consolari, In illa die ponam  
duces Iuda sicut caminum ignis  
in lignis, & sicut facem ignis in  
fœno, & deuorabunt ad dexteram  
& ad sinistram omnes populos in  
circitu. Et quoniam hæc sunt  
eiusmodi vt nostras vires longè  
multumque superent, accipite vn-  
de animi nobis ac vires addan-  
tur. In illa die proteget D O M I-  
N V S habitatores Hierusalem.

Ma-

Magnus verò patronus ac potens.  
 Sed quid tandem ab eo opis affe-  
 retur? Et erit qui offenderit ex eis  
 in die illa, quasi Dauid. Dextera  
**DOMINI** faciet virtutem. Ut  
 scilicet claudus qui passum offen-  
 debat, robore alter Dauid exi-  
 stat, usque eo fortis, ut funda & la-  
 pide carneam illam turrim (sic  
 enim Philistæum appellat Diuus  
**Chrysostomus**) nullo negotio de-  
 iiciat, suo illum gladio obtruncet,  
 victoriam ac lætitiam populo pa-  
 riat vniuerso.

Atque ut paratiōribus animis,  
 studiisq; ardenterib⁹ in mentis  
 instauratiōē incumbamus, Gre-  
 gori⁹ xiiii. Pont. Max. pro sua  
 paterna in filios omnes caritate, &  
 egregia Hæreticorum, Ethnico-  
 rumque in Ecclesiæ ouile cogen-  
 dorum voluntate; partim cupiditi-  
 tate impulsus videndi in Societa-

te nostra nouum indies splendo-  
ris incrementum, nouosque fru-  
ctus nostrorum opera colligendi,  
atque in priuis tantam hominum  
multitudinem, quæ extra Eccle-  
siæ arcam obruitur, conseruan-  
di: partim etiam nostris preci-  
bus adductus, occasione ianuæ,  
quam initio dixi, in Iapone pate-  
factæ: his, inquam, de causis Pon-  
tifex Indulgentiam plenariam,  
Iubilæumque amplissimum om-  
nibus Societatis hominibus largi-  
tur, quicunque sacra confessione  
& communione facta, nominata-  
tim pro illorum populorum ad  
Ecclesiam traductione Deum erūt  
deprecati. Quo quidem tam præ-  
stanti munere, ut cum certa sta-  
bilique animorum nostrorum vti-  
litate, & illustri atque insigni il-  
lius nationis emolumento per-  
fruamur, cohortor omnes in D O-  
MINO, ut (quod commodo cu-  
ijs,

iusque, ex præscripto superiorum,  
fieri poterit) in exercitiis spiritua-  
libus dies aliquot ponant: seque  
ad synceram animosamq; confes-  
sionem comparent, generalem sci-  
licet, aut superiorū duntaxat mens-  
sium, initio ab ultima facto (vti  
statis temporibus fieri ex Consti-  
tutionibus nostris solet) aut etiam  
vitæ totius in Societate actæ, vt  
cuique commodum erit. Ex quo  
nouam omnes vitam novo animi  
ardore instituant, sic prorsus, vt  
re ipsa cuiusque appareat instau-  
ratio, tum in perfectione sua,  
tum in zelo animarum. Et quo-  
niam etiam perfecti viri aliquid  
semper habent quod renouent,  
& in quo crescant; neque satis  
est hac, aut alia qua piani oc-  
casione interdum huc cogitatio-  
nem conatumq; conferre: vos ego  
vehementer etiam atque etiam  
hortor; vt animum ad eiusmodi

**54 Epist.R.P.N.Clau.Aqua.**

exercitationes identidem refe-  
ratis; præcipue vero post ope-  
ram aliquandiu in missioni-  
bus aliquique Societatis mune-  
ribus collocatam. Ut nimirum  
cogitemus vias nostras; & quo ma-  
iore deinde animo, ac viribus  
ad opus redeamus, interquiesca-  
mus interdum ac respiremus: Ita  
deum quisque nostrum verè il-  
lam Prophetæ vocem usurpabit,  
Os meum aperuit, & attraxi Spi-  
ritum. Illud enim & usus ipse  
docet, & Societatis nostræ Pa-  
rens IGNATIVS censuit, atque  
ad eum in epistola quadam testa-  
tum reliquit, eiusmodi medi-  
tationes (quas ille arma spiritua-  
lia in Constitutionibus appellat)  
non modò ad cuiusque nostrum,  
sed etiam ad aliorum incolumi-  
tatem ac salutem maximo esse  
præsidio. Hinc porro magna  
DE I cum gloria fiet, ut omnes  
qui

qui viderint nostros, cognoscant illos, quia isti sunt semen cui benedixit D O M I N V S, Quam ille benedictionem pro sua immensa benignitate planè confirmet, perpetuoque adaugeat in vobis, ut quos & ipso vitæ generare, & purgandi illuminandiisque alios munere, Angelorum (quorum festum solennemque diem hac luce celebramus) in hoc exilio socios esse voluit, his beneficium suum stabiliat, & cumulet in patria: ubi vnâ cum beatis illis spiritibus misericordias D O M I N I in æternum cantetis, & simul cum aliis compluribus eodem per vos introductis, ante thronum D E I & Agni concinatis, Redemisti nos D O M I N E D E V S in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione; & fecisti nos D E O nostro regnum & sacerdotes, &

D 5 re-

*Apocal. 5:*

10163322  
56 Epist.R.P.N.Clau.Aquaui.

regnabimus in æternum. Amen.  
Romæ III. Calendas Octobris,  
Anno post CHRISTVM na-  
tum M. D. LXXXIII.

*Omnium in Christo  
Seruus*


Claudius Aqua-  
uiua.

1018322

## ERRATA.

Pag. 6. *versu* 6. à fine, lege, *sibi*.

Pag. 18. 5. à fine, *Ira*.



DILIN GAE,

*Excudebat*

IOANNES MAYER.



PSALMO LXXI.  
Sit nomen Domini benedictum  
in sæcula.





10163622